



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 32. Aliæ decisiones Pontificis auctoritate promulgatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

**Sæc. XVII.** dinem redire compellerentur. Fulien.  
**A. C. 1608.** sibus vero die decima quarta Augusti  
concessit, ut nova Monasteria de soa  
Ordinariorum licentia, nullo aliorum  
cujusvis Ordinis etiam Regularium re-  
quisito consensu construere valeant. De  
autem prima Septembribus declarabat,  
quod cujuscunque conditionis Mulier-  
bus, quæ plura Monasteria Monialium  
bis vel amplius per annum ingrediendi  
licentiam obtinuerunt, ea aliter utinam  
possint, nisi ut universim toties, non  
autem in singula ingredi valeant. Prae-  
terea die decima quinta Octobris de-  
clarabat Pontifex, quod Cappucini  
sint vere Fratres Minores, etsi tempo-  
re Sancti Francisci instituti non fuerint.  
Denique motu proprio Carmelitarum  
excalceatorum Congregationem sub in-  
vocatione Sancti Pauli pro Missionibus  
obeundis erexit, dato desuper diplo-  
mate die vigesima secunda Julii.

§. XXXII.

*Alice decisiones Pontificis auditoriae  
promulgatae.*

*Decis. S. Con-* Plura alia, quæ eo tempore circa Ec-  
*greg. Rit.* clesiæ ritus vel Sacramentorum ad-  
*& S. Congr.* ministrationem occurserunt, dubia a  
*Jud. &* Sacris Congregationibus decidi præce-  
*Concit.* pit Pontifex, & quidem die nona Fe-  
bruarii

bruarii a Sacra Rituum Congregatione Sæc. XVII.  
declaratum, quod Ecclesia etiam Pa- A. C. 1608.  
rochialis veniat sub nomine Matricis,  
proin ante illam Regulares non possint  
campanam majorem pulsare in Sabbato  
Sancto: censuit tamen Eadem, quod  
simplex reconciliatio Ecclesiæ seu cæ-  
meterii non consecrati possit committi  
Presbytero in dignitate constituto. Die  
autem decima quinta Martii plura ema-  
narunt statuta. I. Quod Missæ con-  
ventuales infra Octavam Corporis Christi  
valeant cantari sine Ministris, excepto  
die festo, Dominico, & Octava. II.  
Ministri accipient pacem ab Episcopo  
celebrante statim post Diaconos assisten-  
tes. III. Non liceat ab usu Breviarii  
Romani redire ad usum antiqui Bre-  
viarii aut Missalis. IV. Asperatorium  
aquæ benedictæ porrigatur Episcopo a  
Priore Ecclesiæ Collegiatæ, non au-  
tem a prima Dignitate vel primo Ca-  
nonico Cathedrali. V. Diaconus Evan-  
gelii thurifecet chorum. VI. Non ad-  
hibeantur duo thuribula in incensatio-  
ne Personarum. Die decima nona Maji  
declaratum, quod Sacerdos solemniter  
coram Episcopo celebrans, debeat cum  
suis Ministris expectare benedictionem  
Episcopi, antequam descendat ab Altari:  
soli autem Episcopo & non aliis,  
dum private celebrant, sese in altari in-  
duere,

**Sæc. XVII.** duere, licitum esse, decisum fuit die  
A. C. 1608. septima Julii: Denique statutum die vi-  
 gesima septima Septembri, quod om-  
 nes Clerici etiam Canonici de manu ce-  
 lebrantis in Cœna Domini Sacram Eu-  
 charisticam sumant, & quod anniver-  
 saria, aliæque Defunctorum Missæ, que  
 occurunt in die festo in sequentem diem  
 transferri valeant. Præterea circa ad-  
 ministrationem Sacramenti Pœnitentie  
 Sacra Concilii Congregatio die sexta  
 Junii declarabat, quod Confessarius  
 tam sœcularis quam Regularis ad au-  
 diendas sœcularium Confessiones in una  
 Diœcesi approbatus, non possit in alia  
 easdem Confessiones excipere absque  
 Episcopi Diœcesani approbatione.

### §. XXXIII.

#### *Petri Morini obitus.*

*Dupin Bibl.* **N**on pauci ex Scriptoribus Ecclesiasti-  
*des Aut.* **cis Religione Catholicis hunc an-**  
*Eccles. t. 17.* **num suæ vitæ extremum habuere. Hos**  
*Simon letr.* **inter primo loco ac merito recen-**  
*tom. I. p. 313.* **dus occurrit Petrus Morinus Parvus**  
**anno Christi millesimo quingentesimo**  
**trigesimo primo natus. Hic juvenis**  
**adhuc a suo Patre Caussidico ad foren-**  
**ses disceptationes destinatus pro ingenii**  
**sui amplitudine ad altiora gressum in-**  
**tendebat, quo circa in Italiam tum ce-**  
**leberrim**